



## **Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica**

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum, quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Vacatione, Amissione, Et Extinctione Beneficiorvm ...

**Leuren, Peter**

**Coloniæ Agrippinæ, 1704**

883. Qui sint effectus unionis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74494](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74494)



Quaestio 883. *Qui sint effectus unionis?*

1. Respondeo primò in genere: Pro diversitate unionum diversi ab ea effectus resultant. Castrop. *cit. p. 12. §. 1. n. 4.* Card. de Luc. *in miscell. d. 1. n. 38.* Proinde, ut monet idem Cardin. diligenter inspicienda est unionis natura.

2. Respondeo secundò in specie: Unio subiectiva, seu quâ unum beneficium jungitur alteri accessoriè, etiam dum cum eo, cui unitur non coalescit in unum quasi corpus, operatur imprimis seu primariò abolitionem & extinctionem, non solum nominis beneficii, quod accessoriè unitur (ut tenet Gregor. Tholos. apud Garc. *cit. c. 12. n. 16.*) sed & ipsius tituli, ita ut amplius nec nominari, nec esse possit beneficium. Lott. *l. 1. qu. 28. num. 98.* Castrop. *loc. cit. nu. 4.* Gonz. *gl. §. 7. nu. 1.* Garc. *cit. c. 12. n. 12.* citatis quamplurimis (qui etiam *p. 11. c. 5. n. 198.* idem esse ait, in portione accessoriè unita dignitati, ut per eam unionem extingatur nomen & titulus portionis) Card. de Luca *de benef. d. 44. n. 5.* & *de regular. d. 25. n. 5.* sed per & post dictam unionem amisso priore nomine & essentiâ redditum jam sit beneficii illius, cui facta est hæc unio, tanquam prædominantis prædium (cujus non secus, ut Cardin. de Luc. *loc. cit.* ac aliorum prædiorum & bonorum administratio spectet ad principale beneficium) ac membrum. Garc. Castrop. Card. de Luca. *loc. cit.* Gonz. *loc. cit. n. 5.* vel etiam scabellum, ut Lott. *loc. cit. n. 96.* Ita ut amittat jam etiam omnia sua vincula; cum unio hæc extinctiva tituli non secus ac mors tollens omnia, simul cum titulo solvat omnia vincula & obligationes, quas aliàs secum ferebat. Gonz. *loc. cit. n. 4.* Exutâque naturâ suâ, ac qualitativibus quin & deperditis propriis prærogativis, ut Garc. *n. 18.* citato Nav. *conf. 10. de majorit. & obedient. n. 2. & 3.* & seipso *p. 11. c. 5. n. 192.* contra Pacian. *de probat. l. 1. c. 27. à n. 14.*) convertatur in naturam ejus beneficii, cui unitur, assumptis ejus qualitativibus, privilegiis, consuetudinibus. Garc. *n. 17. & 18.* Gonz. *n. 3. juncto n. 8.* qui etiam *n. 15.* ait, hinc beneficium sic unitum habere se erga aliud, cui unitur, sicut filia erga matrem, fortiendo naturam, & privilegia matris, juxta quæ censuit S. Congregat. Concil. Trid. beneficia curata sic unita simplicibus transire in simplicium naturam. Atque ita, dum Ecclesia Parochialis accessoriè unitur præbendæ, non intitulatur jam quis in Parochiali annexa, sed tantum in Præbendæ, seu beneficio principali. Garc. *p. 11. c. 5. n. 193.* & non censetur habere curam. Garc. *ibid. n. 194.* citans Felin. *in c. in nostra. de rescrip. n. 10.* Nav. *conf. 14. n. 4. de reb. Eccles.* Menoch. *de arbit. l. 2. casu 201. n. 67.* Quint. *adven. l. 4. Eccles. n. 70.* Proinde nec ætas 25. annorum aliàs ad beneficium Parochiale requisita requiritur, sed sufficit ea, quæ requiritur ad beneficium principale. Garc. *p. 12. c. 2. n. 26.* Castrop. *loc. cit. n. 7.* Nec necessarius est in ejus provisione concursus præscriptus aliàs à Trid. in provisione parochialis beneficii. Castrop. *loc. cit.* Neque tenetur residere in Parochiali. Garc. *cit. c. 12. n. 23.* Hinc etiam Gonz. *n. 13.* quòd, licet Episcopus dispensare nequeat cum illegitimo ad parochiale beneficium, dispensans tamen cum eo ad beneficium simplex, cui Parochialis unita accessoriè, dispensatione aliâ opus non sit, sed dispensatio hæc extendat se quoque ad dictam Parochia-

lem. Gonz. *loc. cit. n. 27.* citans Rebuff. *tr. de nominat. q. 16. n. 27.* qui etiam *n. 26.* dicit, Parochiale unitam conferri (intellige, collato beneficio principali) non graduato, etsi statutum aliquod haberet, quòd Parochialis conferatur graduato. Advertendum tamen, quòd etsi Ecclesia sic unita amittat qualitates suas, & naturam, transcatque de curata in simplex beneficium, ejusque emolumenta transeant in dictam Ecclesiam, seu beneficium principale; in tantum tamen non alterari statum talis Ecclesie, in quantum in illa Ecclesia debet nihilominus more solito inserviri, nempe per Vicarium, si est curata. Garc. *p. 12. c. 2. n. 35.* citans Abb. *in e. exposuisti. de prob. n. 6.* & Rotam *decis. 133. n. 15. p. 2. divers. & in Verduensis. Decanat. de anno 1580.* Observat etiam Garc. *p. 11. c. 5. n. 199.* uti & Corrad. *in pr. benef. l. 2. c. 13. n. 27.* quòd per annexionem Præbendæ Canonialis factam dignitati ejusdem Ecclesie, etsi fieri videatur accessoriè, non solet extingui & supprimi nomen Præbendæ & Canonicius, sed uti duo beneficia obtineantur. Sic quoque unio ad vitam, etsi fiat accessoriè, non extinguit titulum beneficii sic uniti. Corrad. *loc. cit. n. 28.* Garc. *p. 12. c. 2. num. 38.*

3. Respondeo tertio: Ex hoc primario hujus unionis effectu jam resultare ceteros. Quales sunt? Primò, quòd possidens beneficium sic accessoriè unitum non possideat ut titulum beneficii, sed tanquam prædium tituli (Ecclesia hoc casu, ut addit Lott. repræsentante personam, quæ possideat). Gonz. *loc. cit. n. 9.* Lott. *l. 1. q. 28. n. 102.* citans Verul. *decis. 349. n. 2. p. 3.* Corrad. *loc. cit. l. 2. c. 12. n. 116.* citans insuper Barbol. *de pot. Episc. alleg. 45. n. 24. ampliat. 3.* qui Corrad. *ibid. n. 115.* etiam hinc deducit, illegitimum dispensari mad Canoniarum Collegiatæ (idem est de alio beneficio inferiore) adhuc posse eundem obtinere, etiam si isti Canonici sic accessoriè annexa esset, aut postmodum annexeretur Ecclesia Parochialis; eò quòd ad effectum dicta dispensationis attendatur solum qualitas, & natura beneficii principalis, & in quo quis intitulatur.

4. Secundò, quòd non detur amplius vacatio beneficii taliter uniti. Castrop. *loc. cit. n. 5.* Garc. *cit. c. 12. n. 15.* Gonz. *loc. cit. n. 7.* Lott. *loc. cit. n. 178.* & *p. 3. q. 8. n. 8.* ubi etiam, quòd subsistente hac unione, non solum extingatur vacatio præcedens, sed etiam tollatur omnis vacatio in futurum). Tond. *qq. benef. p. 2. c. 156. n. 9.* Ventrigl. *l. 2. m. not. 8. §. 2. n. 27.* quæ intelligenda de vacatione de per se. Item intelligenda de vacatione, quæ contingit, postquam unio sortita suum effectum; nam alias falsum est, quòd unio facta de beneficio non vacante impediat ejus vacationem pro prima vice. Quin & unio intret, & habeat effectum, requiritur vacatio. Garc. *p. 12. c. 2. n. 97.*

5. Tertio, quòd hinc sequitur, non posse conferri. Castrop. *cit. n. 5.* Cardin. de Luca *de probat. d. 12. n. 13.* Tond. *loc. cit. n. 9.* Corrad. *loc. cit. l. 1. c. 6. n. 362.* Gonz. *loc. cit. n. 20.* ubi, quòd natura unionis est, ut auferatur collatio, & conferendi potestas. Pro quo citat Gamb. *de offic. & potest. Legar. l. 6. c. 1. n. 46.* Lott. *loc. cit. n. 104.* ubi unio nihil magis repugnat, quàm status collationis, per eam enim impeditur vacatio, & in consequens collatio; per collationem enim principalis habetur utrumque, & non est necelaria accessoriè uniti collatio. Garc. *cit. c. 12. n. 21.* Castrop. *loc. cit. n. 6.* quem



quemadmodum etiam capta possessione Ecclesie, seu beneficii principalis, cui facta est hæc unio, censetur etiam capta possessio beneficii illius uniti. *Garc. n. 22. Gonz. cit. gl. f. §. 7. n. 6. Lott. cit. q. 28. n. 99. Caltrop. cit. n. 6. maxime quando possessio apprehensa fuit in Ecclesia, seu capite, ut ait Gonz. apprehendens enim possessionem Ecclesie censetur simul apprehendere possessionem bonorum, & iurium Ecclesie. Lott. loc. cit. n. 100. qui etiam n. 101. addit, quod etiam defuncto Rectore Ecclesie non tamen vacet possessio bonorum & iurium illius; cum hæc semper sit penes Ecclesiam ipsam, Ecclesia in hoc casu representante personam suam, quæ possidet.*

6. Quarto, quod iterum hinc sequitur, quod in beneficio sic unito locum non habeat Regula de trienniali, cum Regula loquatur de possessore tituli beneficii, qui autem possidet ut unitum, non possidet ut titulum beneficii, sed ut prædium. *Garc. cit. c. 12. n. 28. Gonz. loc. cit. n. 9. citans Mandos. in reg. de triennial. q. 14. per tot. Gomef. ibid. q. 8. in fine. quod tamen intelligendum, quando opponitur de trienniali ex parte ejus, qui se fundat in unione; nam si opponatur ex parte possessoris titularis contra præcedentem beneficium esse unitum, secus est, is enim ultra quod tunc negare possit unionem, cum sit possessor titularis, ac verè, ac propriè possideat tale beneficium per triennium tanquam titolare, & non unitum, nulla est ratio, quare non possit iuvari regulæ de trienniali. Gonz. n. 10. ex Gomef. & Mandos. *Garc. cit. n. 28. Econtra regula de annali, utpote quæ non requirit titulum, locum etiam habet in beneficio accessorie unito. Et sic obtinens beneficium ut unitum, potest excipere de regula de annali, contra actorem, qui illud impetravit tanquam beneficium, & titulum. Gonz. cit. n. 10. Garc. n. 30. citans Mandos. ad reg. de annali. q. 14. & Rotam in Segobriens. Archiepiscop. 28. Maij 1584.**

7. Quinto, quod impedit reservationem, quod enim non vacat, nec conferri potest, reservari nequit. *Caltrop. cit. n. 5. Gonz. loc. cit. n. 33. ubi tradit, quod, quidquid sit de eo, num uniri possit reservatum, possit tamen ante reservationem facta esse unio, & suppressio, & sic reservationem subsequente non capere beneficium unitum & suppressum. Item, n. 38. ubi expressè, quod in casu accessorie factæ unionis nullatenus intret reservatio Regule 8. Cancellar. cum non deret beneficium, nec vacatio, nec collatio beneficii uniti, citat pro hoc Staphil. & Gomef. Item n. 40. ubi, quod reservatio facta per Regulam 8. Cancellar. non tantum non capiat beneficia unita, quando unio jam sortita fuit suum effectum per vacationem post unionem factam; sed etiam non comprehendat beneficium uniendum vigore gratiæ de uniendo; neque etiam jam unitum, quamvis unio nondum habuerit suum effectum, supervivente ultimum adhuc Possessore beneficii, quamvis addat n. 43. id, quod dicitur, reservationem hanc non capere beneficia unienda vigore mandati Apostolici, vel etiam unita, unione tamen nondum sortita effectum, difficulter posse admitti propter Regulam 12. Cancellar. revocatoriam talium unionum faciendorum, aut factarum non sortitarum effectum, de quo vide eundem n. 45. & dicenda à nobis infra, ubi de revocatione unionum. Idem tradit Carol. Anton. de Luca n. 7. ad Ventrigl. loc. cit. n. 2. ubi: unio operatur, ut cesset reservatio illa discontinua de*

P. Lewren. Fori. Benef. Tom. III.

de mense, vel loco, unde uti reservatum non potest impetrari. Atque ita jam etiam gratia, seu reservatio-nes expectatarum non capiunt sic unita. *Gonz. n. 38. citans Rebuff. in pr. cit. de union. n. 31. Eneam de Falcon. de reservat. q. 30. principali. n. 4. &c. Verum tamen est, quod si unicum est beneficium alteri, in quo locum habet reservatio, veniat tunc quidem in reservatione, non tanquam beneficium de per se, quod non est, sed tanquam prædium, & patrimonium alterius beneficii sub reservatione comprehensi, juxta Regulam accessorium, de reg. juris. in 6. Gonz. n. 39. Qualiter nequidem accessorie veniet sub reservatione, dum unio facta non est alteri beneficio, sed alicui loco pio, fabricæ, v. g. Hospitali, &c. Gonz. cit. n. 39.*

8. Sexto impedit, quod minus beneficium illud unitum impetrari queat, & impetratio de beneficio unito est nulla. *Gonz. cit. gl. f. §. 7. n. 22. citans Felin. in c. in nostra. de rescrip. n. 22. Selv. de benef. p. 3. q. 15. n. 76. Rebuff. in pr. cit. de union. Idemque erit, etiam si hæc unio accessoria esset tantum ad vitam. Gonz. ibid. n. 23. ex Put. decis. 247. à n. 7. l. 1. Unde etiam, si beneficium sic unitum, foret beneficium alterius Diocesis, sicut à solo Episcopo, in cuius Diocesi est principale, conferri potest. Gonz. ibid. n. 24. sic & ab eodem solo impetrari poterit.*

9. Septimo, quod hinc iterum oritur, quod nequeant unita permutari. *Gonz. n. 11. de quo dictum satis supra. Item nec resignari. Gonz. n. 14. Paris. de resign. l. 1. q. 9. per tot.*

10. Octavo extinguit jus patronatus *Lott. cit. q. 28. n. 168. de quo paulò post plura, ubi de consensu patroni requirendo.*

11. Nond, quod impediatur incompatibilitatem, siue non inducat incompatibilitatem, dum operatur, ut beneficium, quod aliàs cum illo, cui unitur, non esset compatibile, simul cum eo subsistat, & ab eodem haberi possit. *Gonz. loc. cit. n. 21. citans Hojed. de incompat. benef. p. 2. c. 3. n. 10. Lapum alleg. 35. in fine. Gl. fin. in c. super eo. de præb. in 6. Rotam in Burgens. Servitii. 13. Jun. 1594. &c. Garc. p. 11. c. 5. n. 195. Paris. de resign. l. 3. q. 1. n. 119. Et sic possidens Parochialem ut unitam accessorie suo Canonicali, seu alteri beneficio, ex hoc non impeditur obtinere alterum curatum in titulum; & talis non dicitur habere duo curata, sed unum curatum, & aliud simplex, eò quod curatum sic unitum simplici desinat esse curatum, & evadat simplex. *Garc. loc. cit. n. 196. juxta Declarat. S. Congregat. quam recitat n. 197. recitat quoque pro hoc p. 12. c. 2. n. 24. aliam expressam S. Congregat. Declar. super c. 17. sess. 22. Trid. quæ sic habet: Habens duas Parochiales, quarum altera est beneficio simplici, vel dignitati in perpetuum unita, alteram dimittere non tenetur, &c. Quod autem non possint duæ præbendæ simul teneri in eadem Ecclesia, etiam si una annexa sit dignitati vel officio, ut dicitur Clem. fin. de præb. inde est, quod, ut dictum paulò supra ex Garc. & Corrad. quod etsi videantur accessorie unitæ, non tamen extingatur earum titulus & nomen, sed teneantur cum dignitate ut duo beneficia; loquitur autem dicta Clement. de Præbendis Canonicalibus, seu quasi Canonicalibus, qualis dicitur ea, dum eam habens reputatur pro Canonico, & habet vocem in Capitulo ut Canonicus, licet non sit Canonicus. *Garc. cit. c. 5. n. 200. & 201. Quando verò Præbenda non est Canonialis, & titulus beneficii, quomodo tunc plures earum compatibles esse possint cum dignitate, vide de hoc eundem ibid. à n. 202.***

N II

12. De-



12. Decimò, quòd, dum in impetratione alicujus beneficii necesse est facere mentionem de obtentis & prahabitis, non sit opus facere mentionem de taliter unito, sed sufficiat fieri mentionem de principali, cui illud unitum est. Castrop. *loc. cit. n. 7.* Gonz. *loc. cit. n. 16.* Paris. l. 10. q. 2. n. 36. Azor p. 2. l. 6. c. 28. q. 20. Garc. p. 12. c. 2. n. 20. citans Rebuff. in pr. tit. de union. n. 14. Coraf. de benef. p. 4. c. 4. n. 56. Menoch. de arb. l. 2. casu 205. nu. 67.

13. Undecimò, quòd in resignatione sufficiat facere publicationem in Ecclesia beneficii principalis, ubi fieri debet, neque opus sit facere eam etiam in Ecclesia beneficii uniti. Garc. *cit. c. 2. num. 27.*

14. Duodecimo, quòd lis introducta super beneficio unito non sit lis super beneficio. Garc. p. 12. c. 2. n. 31. recitans fuscè Decis. Rotæ in Legionens. Praesimoniarum. 16. Jan. 1595. Quòd etiam spectat, quòd habet Garc. *ibid. n. 33.* quòd litera unionis non dicantur litera de beneficio, sed de proprietate, & re profana, juxta Decis. Rotæ 2. n. 5. de reb. Eccles. in antig. Item, quòd tradit Gonz. *loc. cit. n. 17.* quòd causa unionis non dicatur causa beneficialis, juxta Resolut. Rotæ in Calagur. benef. 7. Nov. 1599.

Questio 884. Quisnam sit effectus unionis aequè principalis, & unionis ad vitam?

**R**espondeo: Effectum unionis aequè principaliter factæ non esse alium, quàm ut Rector unius sit etiam Rector alterius. Garc. p. 12. c. 2. n. 37. De cetero enim in omnibus ferè contrarium iis, quæ operatur unio accessoria, operatur hæc unio facta aequè principaliter.

2. Nam primò, licet, uti ipsa beneficia taliter unita communicentur, non quidem inter se, sed in persona Rectoris utriusque. Castrop. *cit. p. 12. §. 1. n. 9.* ita & jura ac privilegia eorum non aliter communicantur inter se, quàm in persona, ita ut qualitates, bona, jura, privilegia singulorum beneficiorum salva & impermixta permaneant, & nequaquam bona unius Ecclesiæ transeant in dominium alterius, aut jura, & privilegia hujus beneficii sint quoque jura & privilegia alterius, sed utrumque beneficium, utraque Ecclesia in suo statu antiquo, & honore conservetur, distinctos agnoscens redditus, ac propriis gaudens privilegiis. Gonz. *cit. §. 7. n. 55. juncton. n. 116.* Castrop. n. 9. Garc. *cit. c. 2. n. 37.* citans Rebuff. in pr. tit. de union. n. 15. Caccialup. *tr. de union. q. 3. a. 2. n. 2.* Mandos. *ad reg. 12. q. 1. n. 4.* Hojed. *de incomp. p. 1. c. 15. n. 2. & 8.* & plures alios, non secus ac si duo Castra vel Provincia uniantur non accessorie, sed ad invicem, hoc est, aequè principaliter, quælibet illarum sua conservat jura ac privilegia, ac propriis legibus suis antiquis gubernari debeat. Gonz. n. 119. ex Bartol. *ad l. si convenierit. §. si nuda. n. 3. ff. de pignorat. actio.* eò quòd de intentione Principis facientis talem unionem non sit, privare aliquam ex talibus Provinciis aut Castris sua jurisdictione, juribus, Statutis. Gonz. n. 124. citans Felin. in c. translata, de Constitut. n. 6. Unde jam etiam, uti dictum paulò suprà, si in harum Ecclesiarum una constituendus Vicarius, hic sustentari debet ex proventibus istius Ecclesiæ, non alterius, quæ uti ex eadem causâ non tenetur supplere defectus servitii Ecclesiæ sibi unitæ, ita neque talis Vicarii sustentationem. Castrop. *cit.*

n. 9. Neque huic conservationi antiqui status & gubernationis in utraque Ecclesia obstat, quòd de facto ob residentiam Episcopi, vel Rectoris in una, in qua curam administrat, aut Pontificalia exercet, altera de facto his functionibus destituta remaneat, ac sic primævam suam figuram non faciat; cum id concernat solum exercitium, non autem substantiam. Cardin. de Luca de Paroch. d. 35. n. 5. Ratio horum omnium est, quòd vi talis unionis neutrum beneficium ex taliter unitis perdat nomen suum, aut titulum, aut effectum beneficii. Gonz. *cit. n. 55.* Corrad. in pr. benef. l. 2. c. 13. n. 27. quòdque talia duo beneficia non coalescant in unum corpus, seu fiant unum unitate permixtionis, sed solum unum unitate compositionis, seu unum compositum, absque eo tamen etiam adhuc, quòd unum alterius membrum sit. Porò hæc eadem procedunt, dum in unione facta ad vitam, et si accessorie; cum nec illa sit extensiva tituli, Garc. *cit. c. 2. n. 38.* multòque magis, dum Ecclesiæ solummodò conjunguntur ad effectum, ut redditus v. g. decimæ sint communes, aliumve simile, quia vel sic eorum natura nullatenus alteratur, licet fortè valor beneficiorum (intellige, dum eorum plura sunt in dictis Ecclesiis) augeatur vel minuat; neque hæc est propriè unio. *loc. cit. n. 125.*

3. Secundo: Beneficium sic principaliter unitum verè vacat conferri, resignari, permutari potest; sed non separatim ab eo, cui unitum est, alias enim dissolveretur unio. Castrop. *cit. n. 9.* Sed neque, si beneficia sic unita in diversis essent Diocesis (idem videtur, si eorum collatio spectaret ad diversos collatores) conferri possent ab uno solo Episcopo unius Diocesis invito altero, sed utriusque collatio requireretur. Gonz. *cit. §. 7. n. 57.* citans Caccialup. *tr. de union. a. 8. q. 15. n. 10.* Marian. Socin. in c. sicut unire. n. 131. de excess. Prælat. &c. Garc. *cit. c. 2. n. 47.* quemadmodum etiam in Ecclesiis Cathedralibus, vel Collegiatis sic unitis, quamvis Canonici unius non sint Canonici alterius, electio tamen faciendus fieri debet ab omnibus communiter, seu ab utroque Collegio simul, in loco, de quo in unione conventus est, vel in digniore, vel ubi alias convenierint. Garc. n. 48. citans Caccialup. *tr. de union. a. 2. n. 2. & a. 8. q. 3.* Pet. de Perus. *cod. tr. c. 1. n. 6.* Pari modo, dum duo monasteria diversarum Diocesium uniantur aequè principaliter, uterque Diocesanus confirmare debet Abbatem illorum Monasteriorum. Garc. *ibid. n. 54. juncton. n. 51.* cum Pet. de Perus. *loc. cit. l. 10. n. 4.* contra Caccialup. *cit. q. 8. q. 5.* tenentem, quòd, etiam dum unio facta aequè principaliter, confirmatio spectet ad Episcopum, cui monasterium majus, si alias dignius subest. Verum tamen est, quòd ubi unio facta accessorie, solus ille Episcopus confirmare habet talem Abbatem, in cujus Diocesi est Monasterium, cui alterum unitum accessorie. Garc. n. 50. cum Joan. de Lignan. in c. 2. de resignat. domib. contra Pet. de Perus. *cit. n. 4.* censentem contrarium; eò quòd Episcopo referretur jurisdictionis Episcopalis in Monasterio suæ Diocesis, etiam unito. Nam, ut Garc. n. 52. quamvis jurisdictionis aliaque jura salva maneant Episcopo Ecclesiæ unitæ (intellige etiam accessorie) confirmatio tamen, seu institutio, seu collatio cessat in illa Ecclesia ex natura unionis accessoriae, ex quo Ecclesia sic unita non vacat, Quod hic dictum est de collatione, confirmatione, institutione, idem erit de presentatione, nempe quòd, cum unio